

runt aliqui mediocres Principes, qui horum
studiorum reliquias utcumq; foveant. Idco
nondum frangamur animis, nondum de Ecclesia,
de studijs prorsus desperemus. Ac profecto saepe
tum ignavia, tum timiditati nostrae irascor.
Quid enim minus convenit, quam eos in metu
esse qui sciunt se vere D V E Invocare fiducia
Christi Mediatoris, & se vicissim respici, & te-
gi à Deo? Quid minus convenit, quam Ecclesiam
esse ignavam, quæ etiamsi interdum auriter quas-
satur, deleri prorsus non potest. Cum igitur spe-
randum sit, Deum alicubi & Ecclesiae & bone-
starum artium reliquias servaturum esse, non
sunt interim vel à Principibus vel à nobis dese-
rendæ, ne magis culpa nostra pereant, quam ho-
stili rabie, aut sevicia factorum. Quare & ipse
quamvis turbulento tempore, tamen hanc editio-
nem adornavi, & tibi dedicandam esse censui,
cuius audio cum in gubernatione civili sapientia
am, iusticiam & moderationem à bonis viris
maxime laudari, tum vero in privata vita, hu-
manitatem & modestiam & literarum ac ha-
rum nostrarum artium studium, quæ à te, &
paucis alijs, qui earum utilitatem intelligunt,
opem implorant ac rogant, ne vel desperatione
communis salutis, vel barbarico contemptu ne-
gligantur. Scio hoc tempore inter arma Princi-
pes ad hæc civilia ornamenta non perinde respi-
cere

A

cere